2116

Grocholski Wazynskiemu tenetur atque debet cum prouisione.

2011 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Petrus Grocholski sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Fori bus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Propenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Succ[esso]ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo fassionem publice libero ac per expressum recognouit. Qua ipse Generoso Ioanni Wazynski eiusq[ue] posteris Summam Mille Ducentorum Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta numerando et computando certi veri iusti et liquidi debiti siue mutuatae per se se cognoscentem apud ipsum pecuniae tenetur atq[ue] debet. Quam quidem summam suprascriptam Mille Ducentorum Florenorum Polonicalium idem suprascriptus Recognoscens Generosus Petrus Grocholski se ac suos succ[es]sores in et super bonis suis generaliter

ter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis Suprascripto Generoso Ioanni Wazynski Creditori suo eiusq posteris hinc et ab Actu praesenti pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo proxime et immediate venturo realiter et in effectu soluturum et coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitan Premysliensibus repositurum et relicturum, repositamq et relictam rursus ab eodem Officio non effidelizaturum, nec arrestaturum, vel alio quovis modo solutionem summae eiusdem praepediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus. In effectu vero eiusdem summae Suprascriptae principalis debiti totalis et integrae, pro tempore et loco superius expressis realis persolutionis ex tunc provisionem annualem a quolibet Centum florenorum Polonicalium per decem florenos Polon proximi die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli annuatim dare et solvere tenebitur, prout se suis cum Successoribus idem Suprascriptus Recognoscens memorato Generoso Creditori suo et illius Successoribus inscribit et obligat praesentibus. Idq sub vadio summae Suprascriptae simili, aliorum videlicet Mille Ducentorum Florenorum Polonicalium per eundem Re-

2118

cognoscentem Generosum Petrum Cirocholski suos eg
posteros supranominato Generoso Joanni Wazynski
Creditori suo, aut illius successoribus ob non solutionem
summae suprascriptae pro tempore et loco superius
expressis ad solvendum, succumbenda Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum incubito, ac pro
re aliqua principali ex promissis non completa,
complenda; citatus existens suprascriptus Recogno
scens aut eius posteri ad instantiam superius
memorati Creditoris sui sive illius posterorum ad
Officium praesens Castren Capitaneale Praemyslien
ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo citationis Ter
mino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respon
dere, vadium praetactum luere et inscriptioni huic
debitorem satisfacere, ac omne Judicatum pati debe
bit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Ter
minum primum peremptorium vii et alios omnes
exinde consequentes, Causas eiusdem Terminos
semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori
minorennitate, successorum legatione intra vel ex
tra Regnum, militari servitio, ad munimenta, ad evi
ctorem

2119

Errorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem praeterea vltra proximos Officij praefati Castren Capitan Præmyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes ac earum prosequutiones faciendo. ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis suspensionibus, euasionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri, bello, conuentioneq ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho post Dominicam Rogationum proximo Anno Do- 17/v 1670